



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 11. Magni Flatres Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

die, vel nocte congregarentur. Hæc o- Sæculum V.
A. C. 401.
 mnia populi quidem amorem in S. Chry-
 sostomum augebant, aliunde vero mul-
 tos creabant inimicos.

§. XI.

Magni Fratres Constantinopoli.

Inter hæc Monachi, ex Ægypto a Theo-
 philo ejecti, Constantinopolim adve-
 nerunt. Cum S. Chrysostomi conspe-
 ctum subirent, videns ille Senes quinquaginta pedibus suis advolutos, quos vene-
 rabilis canities, & vultus rigore vitæ
 Monasticæ macerati commendabant, ita
 commotus est, ut collacrymaretur.
 Quæsit, quis injuriam intulisset. Re-
 sponderunt: *Papa Theophilus. Si & tu
 sicut alii Episcopi eundem times, nullum
 nobis superest remedium, quam ut ad Im-
 peratorem vertamur. Si vero honor Ec-
 clesiæ tibi cordi est, a Theophilo impetra,
 ut liceat nobis in Ægypto vivere, quia nec
 Legem Dei, nec ipsum læsimus.* S. Chry-
 sostomus, Theophili animum facili ne-
 gotio mitigari posse ratus, libenter hanc
 in se Provinciam suscepit; sed usque
 dum ei scripsisset, hortatus est Mona-
 chos, ut nemini itineris sui causam ape-
 rirerent. Ecclesiam, quæ Anastasia dice-
 batur, eis Diversorium S. Chrysostomus
 dedit. Piæ mulieres, & inter illas S. O-
 lympia-

Sæculum V. Olympiades, ea, quibus sustentarentur
A. C. 401. suppeditarunt; ipsi quoque labore ma-

Pall. Dial. Illo etiam tempore, quo Monachi Con-
p. 60. stantinopolim pervenere, aderant Cleri-

ci, a Theophilo missi; his mandatum e-
 rat, ut largitionibus sollicitarent animos
 Præfectorum, qui proxime ad admini-
 strandam Provinciam Ægypti mittend-
 erant; horum enim potentia contra eos
 omnes, quos odisset, usurus erat. S. Chry-
 sostomus, vocatis ad se Alexandrinis Cle-
 ricis, quæsit, an hos Monachos fugiti-
 vos novissent. Illi sincere: *Novimus;*
magnam vim tulerunt, suademus, Domi-
ne! ne eos ad Communionem spiritualem
recipias, sic Episcopum nostrum non of-
fendes; de cætero optime viros habes.

Soz. VIII: ut in Ecclesia orarent. Interim ad Theo-
c. 13. philum scripsit, rogans, ut in Gratiam

Pall. p. 56. sui, qui frater esset, & filius, Monachis
p. 61. parceret, & ad Communionem recipe-
 ret. Theophilus, spretis S. Chrysostomi
 precibus, Constantinopolim misit quin-
 que illos Monachos, a se subornatos, ut
 profugos accusarent; atque ut accusa-
 toribus major constaret Auctoritas, nu-
 per unum ex ipsis Episcopum, alterum
 Presbyterum, & alios Diaconos ordina-
 verat.

verat. His tradidit libellos ferendos, in Sæculum V.
 quibus perversæ fidei arguebantur, nam A. C. 401.
 eorum mores ejusmodi erant, ut nihil
 reprehendi posset. Accusationes istæ
 plerisque in Regia fidem fecerunt, & bo-
 ni Monachi digito monstrabantur tan-
 quam præstigiatores. Monachi accusa-
 ti, postquam omnes opiniones ab Eccle-
 siæ Doctrina alienas anathematizassent,
 S. Joanni Chrysostomo libellos tradide-
 runt, in quibus multi articuli de iis, quæ
 Theophilus per vim fecisset, & quædam
 alia his magis pudenda continebantur.
 S. Chrysostomus tam ore proprio, quam
 immisiss aliis Episcopis Monachos hor-
 tatus est, ut ab incepto desisterent, quod
 fortiri posset funestum exitum. Ad
 Theophilum quoque scripsit in hæc ver-
 ba: *Ægritudine animi eo devenerunt,*
ut te traditis libellis accusaverint; ergo
mandata tua exspecto, quid facere decre-
veris; nam viris istis, ut ab Aula rece-
dant, persuadere non possum. His perce-
 ptis Theophilus ita excanduit, ut Epis-
 copum Dioscorum e sua Ecclesia expu-
 lerit. Erat is ex magnis fratribus unus,
 qui in Ministerio Ecclesiæ senuerat; tres
 reliqui profugos eduxerant. Theophi-
 lus S. Joanni rescripsit in hunc modum:
Credo, te Canonum Nicenorum jussa non
ignorare, ne Episcopus extra suam Diæ-
cesin quamcunque causam judicet; si ve-

p. 62.

Sæculum V. A. C. 401. *ro ignoras, patere, te idipsum a me doceri, sicut & illud, non competere tibi, ut contra me oblatos libellos recipias. S. enim judicari me oportet, coram Aegyptiis judicer, & non coram te, qui itine re dierum septuaginta quinque a me abes.* S. Chrysostomus acceptos hos codicillos preffit, atque adversarum partium Monachos, nempe ad se profugos, eosque quos Theophilus postea miserat, ut profugos accusarent, ad ineundam pacem hortatus est. At primi, quod Theophilus Tyrannidem ultra ferre non possent, tractabiles non erant; accusatores autem dicebant, non esse in sua Potestate sine Theophili mandatis pacisci. S. Chrysostomus, postquam hæc fuisset, nullam ulterius de his jurgiis mentionem fecit.

§. XII.

Theophili Epistola contra Magnos Fratres.

Theophilus optime gnarus, quanto zelo S. Epiphanius contra errores Origenis flagraret, qui se olim Anthropomorphytam appellaverat, ad eum in his rerum articulis scripsit, & mittens sui Concilii Alexandrini Epistolam Synodalem, aliam quoque privatam addidit, in qua rogat, ut omnes Cypri Insulæ Episcopos convocaret, atque Epistolas Synodales

Socr. VI.
c. 10.

Sozo. VIII.
c. 14.